

1183 ~~quibus~~ in locis sunt usque hodie hic mulieres, ibi viri
 Domino servientes et primi pastores sui vestigiis pro modulo
 suis inherentes. Ceterum hec duo claustra inchoata sunt ab
 eo in dimidio dierum suorum, verum Cunicensem ecclesiam
 circa finem dierum suorum, hoc est triennio ante mortem
 suscepit, ~~sed~~ ultimo vite sue anno conventum sororum
 transmisit. Post quam emissionem menses quatuor et
 dies decem supervixit sicut hec supra in loco suo plenius
 digessi! ¹ Igitur ultimo vite sue anno cepit homo Dei plus
 solito languescere, ambulando deficere, nunciisque precur-
 rentibus vicinam mortem presentire. Cuius interior homo
 de exterioris ruina quodammodo fortior infirma membra
 coquebat servire spiritui exigens ab eis non minus quam
 antea in laboribus, in ieiuniis, in vigiliis et ceteris
 huiusmodi. Ad hec probanda unum de multis misero
 argumentum. Estate quam Sylve fecit ultimam, noluit
 careere quin iret ad messem post fratres suos, cumque in
 via deficeret ac per hoc sepius resideret, conversus ad me,
 qui eum more capellani sequebar, ita prorupit in verba:
Estimo, inquit, te fore ultimum capellanum nostrum. Cui
 cum responderem: Domine, quomodo ultimum? Utrum ne
tempore vel merito? Illico respondit: De tempore, inquit,
loquor quod te inveni ultimum resolutionis mee ministrum.
 Interea causa exstitit, quia Cunicensem visitaret ecclesiam,
 quia sorores ille nuptus emisit presentiam ipsius lactima-

spiritui

denique 1 Brief.
verba P

1) D. obitu D. 147